## 63.

*Landgraf Herman I. nimmt das Kloster Frauensee nebst dessen Besitzungen zu Uelleben in seinen Schutz, verspricht, dasselbe gegen alle Beeinträchtigung zu vertheidigen und bekundet, daß er die Vogtei hierüber von Berthold von Salzungen gegen Abtretung eines seiner väterlichen Erbgüter zu Hermannsrode an sich gebracht habe.* **1202 [Januar bis September].**

*Hdschr.: Or. Perg. Geh. Haupt- und Staatsarchiv Weimar. Das beschädigte S., an violetten Seidenfäden, = Taf. XI, 4. Auch in Kopieen erhalten: Kop. a) Besiegeltes Kopiar Perg. No. 14 (14. Jahrh.). b) Deutsche Uebers. des 15 bis 16. Jahrhunderts. Papier Geh. Haupt- und Staatsarchiv Weimar. Phot. H. St. A.*
*Gedr.: Wenck, Hess. Landesgesch. 3 Urkundenb. 92.*

· Hermannus dei gratia Thuringie lantgravius Saxonie comes palatinus. Notum esse cupimus | tam presentis quam futuri evi posteritatibus, quod nos ecclesiam in Sewe cum suis | pertinentiis tuicioni ac defensioni nostre submisimus usque adeo, quod et ius | advocatie iam dicti cenobii nobis conquisivimus de nostro patrimonio mansum unum in Hemmederot Bertoldo de Salzungen in concambio sepe dicte advocatie conferentes ita, quod nichil deinceps iuris in illa ecclesia sibi addicet. Nec illud silencio transeundum, quod nos specialiter mansos illos in Vnlewen nostre defensioni subiecimus, quod ecclesiam prememoratam in eis nulla in parte volumus pregravari, nisi ordine iudiciario, sicut iusticie rigor dictaverit, in nostri pulsetur audientia. Et ut brevibus utamur, hanc ecclesiam omnibus nos diligentibus summopere cupimus esse commendatam, quia ipsius incommoda nostra reputamus et non minus nobis ipsis irrogata[a]) egre ferimus. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo cc̄. iī., indictione v̄.

(SFR.)

## 64.

*Bischof Dietrich von Meißen bestätigt den Besitz des von den Wettinern gestifteten Klosters Dobrilugk.* **1202 Okt. 1.**

*Hdschr.: Beschädigtes Pergamentblatt, welches zum Büchereinband gedient, auf der Universitätsbibliothek Leipzig.*

. . . . . [marchi]o[n]i Orientali et eius | . . . . . . . . Theoderico marchione Misnense possessiones Doberlucensi ecclesie cum terminis earum assignate sunt ita et nostra auctoritate, qua fungi[mur] | . . . . . itum. Iniciantur itaque termini predicte ecclesię a palude, que Drezke dicitur, et directe deorsum ad alveum Telniz deductum ad locum, qui Iamniz vocatur, | . . . . . . . cipiuntur. His etiam adicitur eis possessio Owe cum appendiciis suis, possessio, que dicitur Redere, cum appendiciis suis, possessio Boiniz cum attinenciis | . . . . . . . Quicquid etiam idem monasterium iuste et canonice largitione fidelium vel emptione possederit, sana et integra inibi deo famulantibus perman[eat] . | . . . . [perpe]tuo durent, presenti scripto simul et sigilli nostri inpressione corroboramus. Si qua ergo ecclesiastica secularisve persona contra hanc instititucionis | . . . . [perso]na vi vel fraude abstulerit vel

63. *a*) irrogatis *Or.*